



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam  
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem  
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum  
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de  
Lugduni, M.DC.LXXX.**

3. Ad libertatem arbitrij, necessitatem alterius partis, & (quod  
consequens) impossibilitatem alterius absolutam constanter apud Patres  
omnino excludi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

iam velis de aliquo pravo, quod sit iustus, & confer-  
as illi gratiam suam: & tamen ille per liberum arbitrium  
contradicit, nec gratia Dei consentiat. Subinferius. In  
Paulo (absolute prædeterminato) tamen videtur eogens vo-  
luntas Dei non est quia, licet sit persuasus, tamen vo-  
luntas erat libera, ut resisteret, si vellent. Insuper in id  
ad Timoth. 2. Et dicebat ab iniquitate; sic facit. (Libe-  
rum arbitrium dedit nobis Dominus, ut arbitrio propriæ  
voluntatis recedamus ab iniquitate, & sumus ex illis, quos  
ipse novit suos esse; vel permaneamus in iniquitate, & si-  
mus ex illis, quos novit ad se non pertinere.) Et c. 4. de  
conceptu virginali, & peccato originali polit. med. [Deus  
nos, & potestatem, quæ in nobis est, subiecit voluntati: ut  
ad imperium eius nos possimus movere nos, & facere,  
quod vult: imo illa movet nos, velut instrumenta sua, &  
facit opera, quæ videmur facere: neque nos possumus  
illi per nos resistere: neque opera, quæ facit, possumus non  
fieri. Dominus, quam dedit nobis Deus, neque possumus,  
neque debemus resistere: quando illi obedimus, Deo,  
qui hanc legem nobis dedit, obedimus.]

10. Hugo Victorius. 1. lib. 2. in init. monasticæ de ani-  
mæ transscriptis, approbavitque secundum testimonium  
ex lib. de Ecclesiast. dogmatib. cap. 21. à nobis recita-  
tum. 7. & annotationibus elucidatoris epistolæ ad Roman.  
cap. 9. sub init. ait. Promissio, quandoque cum eorum, ad  
quos sit libera voluntas: ut in proprio, scilicet, habeat  
arbitrii promissionem factam suscipere, vel respuere. Et  
inferius, quæstioni de duobus quæ vocatis, non æque  
respondentibus, ait. [Solutio] utrique data est gratia, quæ  
potest consentire: Alterius tamen mens mota est, &  
consentit: quod de bono naturæ potuit, quia velle ad-  
iacebat ei: quod ante gratiam implere non potuit, per  
gratiam quidem excitata est, & resurrexit. Alter, cum  
posset, non consentit, sed gratiam oblatam reiecit: ut  
appareat in solis radio, & duobus in foveam lapsis, qui  
oculos aperit, videt, non sine solis claritate; qui oculos  
claudit non videt. Si, qui manum meam apprehendit ex-  
trahitur à me de fovea qui autem negligit, nec nititur  
cum auxilio sibi exhibito non exit.] 1. tract. 3. sum. c. 6.  
ait: [Appetitur iustus secundum voluntatem esse, per  
quem homo promereri potest, si bene retinendo, cum  
posset delinquere, si male deferendo, cum posset retinere.]  
Et c. 9. clarius exemplo futuri temporis respectu antecede-  
ntis temporis, ex quo non determinatur fore, quod de-  
pendent est, in determinationem in causa antecedenti na-  
tura ad contingens ita explicuit, quod in presenti est non  
est in potestate nostra, ut tunc sit, vel non sit (ex suppo-  
sitione nimirum quod est) & id verum in futuro ita se ha-  
beat, vel non in potestate liberi arbitrii est, quia neque  
istiusmodi existentiæ, vltioris, & exercitii arbitrii in  
illo, nunc adest, neque ex hoc instanti, neque ex exerci-  
tio arbitrii liberi in illo futuri existentia pro sua vltiori  
duratione determinatur. Nec ad omnia futura se habet,  
sed ad ea tantum, quæ possunt fieri, & non fieri, lib. 1.  
etud. Theologicæ cap. 178. ex Miscellaneis. [Liberum  
arbitrium est habitus rationalis voluntatis: quia potest  
vel adiuvant gratia ad bonum, quod non habet, vel mi-  
nus habet, proficere; vel sinente gratia à bono, quod vel  
habet, vel habere debet, per semetipsum deficere,] quam  
definitionem liberæ potestatis vltioris, atque ab ele-  
ctionis materia abstractius repetit. 1. de sacram. par. 6. c. 4.  
p. 1. c. 11. & 1. his verbis. Libertas est habitus volun-  
tatis, quæ movetur ad verumque. Consonat c. 22. & sine  
1. tom. lib. 9. in caput 9. Dionysij de celest. Hierarch. post  
libri med. [Sicut in nostra potestate non est, ut divina il-  
luminatio donum nobis offeratur, ita, non nisi in nostra  
potestate est, ut oblatum suscipiatur. Nam aliquando,  
cum nolumus, offeritur; sed non suscipitur, nisi, cum vo-  
lumus: & cum volumus quidem, à Deo volumus: quia  
donum Dei est voluntas bona; cum autem nolumus, à  
nobis nolumus,] quod fufius colligit, & confirmat ex  
illo Dionysij: illa quidem non revelantur per propriam  
potestatem providentiam. Ubique autem, ut vidimus, Dei  
causam esse, non verò à contra hæc illarum, ex doctrina  
docet Augustini: expressus verò tract. 1. sum. sententiar.  
c. 11. post med.

11. Richardus victorinus de statu inter. hominis p. 1.  
cap. 19. Arbitrium hominis, non ad seculo liberum dicitur.

quod præsumptum habet bonum vel malum facere (externe  
nimirum) sed quia libertatem habet bono, vel malo non  
consentire. In eo quippe sita libertas formalis, & im-  
mediata arbitrii, unde mediata in externas descendit po-  
tentias Subinferius. Libertas est, quod potest etiam con-  
sentire, & non consentire inspirationi divinæ, & simi-  
liter suggestioni diabolice: cap. 6. docet hominem pol-  
lere libera potestate refrenandi suas passiones, & effra-  
natas frangendi, emolliendi, & viciendi. At horum au-  
tem potestatem non, nisi ex Dei gratia, esse docet expref-  
se cap. 21. 22. & 23. & de erudit. interioris homin. par. 1.  
lib. 1. cap. 29. à med. Laurent. Iustinian. serm. Sancti Luca  
sub init. Valet enim, sicut assensum præbere, ita gratia re-  
pugnare divinæ. Magna profecto liberi arbitrii virtus est,  
quæ salutis, seu propriæ damnationis efficitur causa: unde  
reprobationem meretur, & laudem. De contemptu  
mundi cap. 8. in init. [Præstitit quippe Dominus liberam  
boni, vel mali eligendi facultatem: quæ mediante mer-  
cedem iustus, improbus autem merito condignum habeat  
de mali perperratione supplicium.] Veri. finem. Pul-  
santi ad cordis ostium aperire, peccator, noluit, seque  
vocantem sapientiam audire neglexit. Poterat quidem  
vocatus respondere, annuere, & obtemperare, fieret-  
que iustus.] Porro ea omnia quæ ex Patribus toto hoc  
certamine produximus non solum indifferentem ad  
vtrumvis arbitrii, seu libertatis in actu, ut aiunt, primo vo-  
luntatis nostræ potestatem cum alterum extremum de-  
terminatum amplexatur, exequiturque irreversibiliter  
evincunt; sed & potestatem hanc ad bonum aliquid  
præstandum, non viribus, & iure naturæ, nec sine Dei gra-  
tia, vocatione, inspiratione, auxilio, & iuvamine viqueam,  
vquamve voluntati nostræ inesse, ad esse posse: vti ex  
verbis ipsius Patrum recitatis plerumque, vel ex stata  
apud ipsos aliis notatis locis doctrina clarescit: ac pro-  
inde potestatem hanc ad oppositum etiam actus boni eli-  
citi (ad quod, & Dei voluntas, & decretum concursus,  
auxilium gratiæ, efficax etiam, adesse debet) cum his om-  
nibus absolute positis omnino apud Patres consistere. Vnde  
de ipsissimo mendacio conuincuntur Magdeburgenses  
centuriatores cent. 2. pag. 59. cent. 3. pag. 77. apud Feuar-  
dentium in Irenæum lib. 4. cap. fine, & Caluinus apud  
Ruadum Tap. art. 7. pag. 371. adherentes Patres in liberi  
arbitrii doctrina sibi non constare, firmamve quidquam  
tradidisse: atque Græcos, præsertim Chrysostom. plus  
nimio arbitrii, & voluntatis nostræ viribus detulisse, dum  
potestatem, & dominium suarum actionum illi concesserunt:  
quasi gratiam Dei ab ea ad pie, honeste, recte-  
que viuendum, & operandum potestatem reiecerint. Qui-  
bus Patribus adde Innoc. Pap. & Celest. item Pap. re-  
citaros & Glossam.

## CERTAMEN III.

Ad libertatem arbitrii, necessitatem al-  
terius partis, & (quod consequens)  
impossibilitatem alterius absolutam  
constanter apud Patres omnino ex-  
cludi.

1. Nihil sane à Patrum autoritate agendum certa-  
men proximum relinqueret: si ingenui veritatis  
amatores omnes homines essemus, solaque legitimi, &  
naturalis discursus ratione, aliis politicis, & quas status  
vocant, alegatis, res hæc apud omnes ageretur. Cum  
enim constans ex certamine proximo apud Patres sit po-  
sita gratia, omnibusque, ex parte etiam Dei requisitis  
in voluntate libera, & arbitrio, ut possit actum liberum  
elicere, posse absolute tunc arbitrium, vel oppositum  
agere, & ab eius effusione seipsum suspendere: certum,  
& constans apud eosdem est, eisdemque locis, positis in-  
dem gratia, & ceteris, etiam ex parte Dei requisitis, actum  
illum liberum non esse voluntati, & arbitrio nostro neces-  
sarium.

farium: & subinde, neque oppositum actum, illiusque omissionem ipsi impossibiles: illius enim necessitas absoluta in iis circumstantiis, atque omissionis eius, & actus oppositi in eisdem absoluta impossibilitas, possibilitati absoluta horum in circumstantiis eisdem, quam absoluta potentia ad illos in eis circumstantiis necessitatio concernit, manifeste contradicit, ut vlt. quæst. demonstrabimus: sed tamen eorundem Patrum interminis (ut aiunt) ipsis necessitatem alterius partis, & oppositam impossibilitatem ab arbitrio, & voluntate libera in eis circumstantiis excludentia testimonia recitanda erunt, ut obstituto negantium frangatur protervia. Plerumque autem ex eis Patrum locis erunt, ex quibus eorum sententias pro voluntatis libertate potestate absoluta ad utrumvis (in quibus, & præfens veritas, ut dixi, continetur) recitabamus: Et audiendus quidem in primis venit Theologorum summus, & Apostolorum Princeps Petrus apud Clement. Roman. 3. Recognit. circa med. pag. 4. ubi ait ex iis, qui Dei verbum audiunt aliquos obedire, ut libera in primis, atque adeo à necessitate soluta obedientia monstretur. Quod si, inquit Omnes, qui audiunt Dei verbum obediunt naturæ, magis esset necessitas, quæ omnes una agerec via, quam potestas agendi utrum malint, ab ipso immediate altera, & recitatis supra locis. Eiusque sententia, & rationi insistent Clemens ipse Roman. de officio Sacerdotis, & Clericor. col. 4. ait. Nam si hoc esset, ut videntes ea iam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant, vix erat quadam naturæ, per quam iam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut, si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc natura via erat, quæ unum aliquid fieri cogeret. Dionys. Areopag. de calcit. Hierat. cap. 9. post med. rogat, cur Iudeus solus populus Deum agnouerit? Respondendum, inquit, errorem, quo alia nationes in eos, qui Dei non sunt, deflexerint, rectis Angelorum præfaturis non esse tribuendum: sed eorum contumaci voluntati, &c. reddique post pauca rationem. Neque enim vita nobis data est, cuius illata sit, aut imposita necessitas. Et cap. 8. de diuin. nominib. morali necessitate, id est ab ipsis voluntatis libertate actibus facta (consequentem nos cum Anselmo, & scholasticis appellamus) tantummodo admittit, naturalem omnem (sic antecedentem nominat) etiam inducitur à Deo, qui potest omnia, supra rerum adhuc, naturam operante, à libera voluntate, eiusque actibus selegat.

2. Iustin. Mart. Apolog. 2. pro Christianis ad Anton. sub med. Si fato regerentur omnia, nihil omnino relictum esset in nostra potestate: ac proinde, cessat ad præmium, & penam gestorum ineluctabiliter admittat. Illud tamen negat, quo sit destinatum, quæpiam esse bonum, aut malum. Iustin. rursus Apolog. pro Christianis, 1. ad Senatum. Non intelligentes Stoici ad fati necessitatem restulerunt omnia, indeque liberum arbitrium, operum laudem, & vituperium, poenæ, & præmijsultum retributionem perire, ait. Athenagoras legat: pro Christianis negat esse Dei, mouere nos ad ea quæ sunt præter naturam: cum tamen eius esse sit ea omnia nosse. Ignatius Mart. epist. 3. ad Magnesiam, ante med. ait, pium Dei esse, impium diaboli: non ex natura sed ex sententia factum: eius afflicta Tattianus Assyrius orat. contra Græcos col. 5. Verbi potentia, cum fecerit prænosset, quid euenturum esset, non ex necessitate, & fato: sed liberæ intelligentium proposito rerum futurarum exitus præstebat. Clem. Alex. 1. Pedag. cap. 9. vers. finem, ut necessitatem, secundum quid, operationis à metu proueniens libertatem minuire ostenderet hoc principium statuit. Multum, atque adeo omnino differt id, quod est spontaneum liberum voluntarium ab eo quod sit per necessitatem, &c. ubi, voluntarium, & spontaneum, perfectum, & quod liberi synonymum sit, intellexit. & 2. Stromat. moralem solum in actibus voluntatis necessitatem Dionysij acceptione admittit, id est consequentem: naturalem vero seu antecedentem reiecit omnino tanquam libertati contrariam asserens: Impedire, ne humana actiones, vel vitio, vel laudi verti possint. Et lib. 7. ait, Deum non cogere quemquam salutem ex ipso accipere, &c. Cyril lib. 5. in Ioann. cap. 5. sine ex Ecclesi. 15. potestatem liberi arbitrij, necessitate solutam, ad ali-quod ex extremis esse debere ait, ut ad eum locum recitabamus supra col. penult. quod si quis pertinacius asse-

uerans faciem necessitatem contendat, protinus tollit humana voluntatis libertatem. Dialog. de ador. Spiritus S. potestatis arbitrij in motus animi oppositos inducenter rationem his reddit. Voluntariam enim, & non quasi ex necessitate, videre oportet virtutem, neque natura legibus instam: ut excidere non possit id, quod summa omnium substantia, ac eminentia proprium furit. Scilicet libertas arbitrij ab homine, ac subinde Dei imago, per eius proprietatis diuine imitationem in illo expressa. Et 8. lib. contra Iulian. sub fin. Proponso (libet motus) in vniuersoque à necessitate libera est. Subinfertur. Si Deus ineffabili quodam, & diuina virtute, & efficacia mutasset singulorum mentes ad bene agendum, & indidisset posset bonum, à quo agerrime discedere possent, & non sponte: ultra non esset fructus mentis, neque res digna laude, sed necessitas, & cupiditatis non voluntaria. Subdit adhuc irreprehensibilem Deum fore permittendo hominem suo motu gubernari, quem præficeret: postea. Necessesse habere inenitabilibus quibusdam cupiditatibus alligari, ut transiret ad faciendum bonum, quod Deus placet. Basil. Hom. 9. quod Deus, non sit auctor malorum. longe à med. naturæ nostræ ad malum potestatem probat. [Quoniam libero facta est arbitrio: quod creaturæ rationis participi maxime conueniebat. Soluta enim hæc omni necessitate, & vitam in sua potestate constitutam ex Deo accipiens (propterea ad imaginem eius creata est) bonum intelligit, potestatemque habet ad bonum, & malum.] Inferuicula. Non ergo ex aliqua necessitate, sed suapte temeritate malus est factus. Adamus inita. Virtus vero ex voluntate perficitur, non ex necessitate: quia voluntas ex illis pendet, quæ in nobis sunt sita. Quod autem in nobis situm est voluntarium, & spontaneum est. Rogauerat autem paulo superius: cur Deus nos impecabiles, & absque facultate peccandi non fecerit? Respondet vero. Quoniam, & tu seruus, non quando vincis in custodia retines, beneuolus esse tibi existimas: sed, cum sponte omnia, quæ erga te oportet, videris agere. Sic item Deo enim puta fore amicum, non, qui coactus, sed, qui sponte sua, virtutemque illi obtemperat. Et post insuper citatam propositionem quætionem sic absoluit. [Qui ergo factorem reprehendit, quod non tales nos natura fecit, qui peccare, non queamus, nihil aliud opinari videtur, quam naturam ratione carentem ea, quæ rationis est participes, esse potiorum: & illa, quæ non mouentur, nec mente ducuntur, iis, quæ eligunt iudicant, conferunt, omnino præstare.] Hom. vero 6. ex med. dixerat contra stallarum fata. Si non probatur, & improbarum operationum principia penes nos sita sunt, sed ex ortu necessitudinis emergunt frustra esse legifatores, & iudices, præmio, vel poenæ afficientes. Non enim hoc pacto iniuria commissi furis est, aut homicida: quippe cui, neque volenti quidem ob inenitabilem ipsam ad agendum impellentem necessitudinem manum continere non licuit. Id est non potuit, & inferuicula, inde concludit: quod nihil prorsus ab hominibus libero animi proposito agatur. Nam ubi necessitas regit, fatumque dominatur, nullum id ibi locum obtinet, quod pro dignitate pendatur. Methodius Mart. apud Tullianum nostrum lib. 4. pro epist. Pontif. cap. 2. sine. [Si factus esset homo, tanquam vnum ex elementis, aut vnum ex eorum numero, quæ similiter necessitate seruiunt Deo, non iam mercedem libera voluntate dignam reciperet, sed potius, tanquam instrumentum Opificis esset: de cuius non recte factis insulta, & temeraria esset querela. Eorum enim author esset is, qui instrumentum vtrius.] Idem Methodius fragmento relato ab Epiphano hæresi 64. cont. Originem, sic probat indifferenter animæ potestatem ex coniunctione cum corpore non abolitam. Post vinculi (corporei) constrictionem hæc ipsi, veluti potestatem habenti, & non, veluti sub vinculo, & necessitate ad vltio, dicta sunt. Scilicet Ecclesi. 15. Ecce ante faciem tuam, &c. & Mai. 1. Si volueritis, &c. Epiphanius vero hæresi 48. circa fin. quæ Deus vocauit, cum voluntatis proposito vocauit: non necessitatem inducens, non tormentum aliquod adi-

bens.

3. Nazianzen. Apologetico, seu orat. 1. col. 8. Commendat bonitatem Dei facientis, ut nostra quoque sit virtus, nec natura tantum nobis inferatur: sed voluntate, animique proposito. Et orat. 16. de pauperum amore, longe

longe à med. ait. Deum creasse hominem, nosque in illo, liberum, suique arbitrij, sola mandati lege coercitum. Elias Creteni. in orat. 1. ad illa verba: Generatio propter efficiendum, impecantiam, quam cum libero arbitrio hominum datam dixerat ait non esse, quod peccare non possit, sed quod peccare, in natura non habeat, verum potius in animi inductione. Et in orat. 3. postquam illud, Scribit. Neque enim virtutis nomen obtinere potest, quod vi, ac necessitate sit. In orat. 4. S. iustitia Dei, inquit, [Ob arbitrij libertatem sic quidem conditi sumus, ut virtutis capaces existamus; non tamen necessitate ad hoc, aut illud accedimus.] Et in orat. 19. commentat. 3. ait. [Inuitum Deo visum esse à malo ad bonum, per vim aut necessitatem hominem trahere: quia esset hominem liberi arbitrij dignitate spoliare, per quam diuinæ naturæ similitudinem consecutus est.] In orat. 40. comment. penult. Quam igitur verum arbitrium prorsus te est; causas exarum ne conquiras. Cur scilicet eueniret; quibus Eliæ Cretenis sententia consonat alter Nazianzeni interpres Nizetas in orat. 44. post med. Greg. Nyssen. orat. de dormienti, longe à med. arbitrij ad virtutis potestatem hominem ad Dei imaginem conditum esse. At per necessitatem ad aliquid trahi violentem, ademptio dignitatis (imaginis Dei) esset. Ex qua lib. de officio homin. cap. 16. a libertate, hominem donatum ait. Quia nullam necessitatem lege tenetur. Id quod dixerat cap. 4. & 5. eius libri hæc verba: [Nullus in natura dominatus iugo subiectus; sed quæ indicio certo, atque liberissimo: quod vult eligat. Est enim virtus suæ spontis nullius imperio mancipata, quod autem necessitate quadam, violentiæ cogit, virtuti consentaneum esse nequit.] orat. Catechet. cap. 5. [Si vite humanæ præfiter necessitas ex ea parte falsa fuisset imago: ut quæ per dissimilitudinem aliena esset ab exemplari: Regnans enim non regnans quem admodum nominaretur imago: quod ergo per omnia Deo erat assimilatum, oportebat omnino habere in natura, quod sibi imperaret, & domino non esset subiectum.] cap. 3. 1. [Dicunt Deum posse, si velit, eos etiam, qui resistent, necessario compellendo attrahere ad suscipiendum prædicationem. Vbi est ergo in his liberum arbitrium: vbi est virtus? vbi est laus?] Subinferius. Adde necessitatem operandi altitudinem, quam per potestatem, & vim liberi arbitrij inducta non huius solum libertatem, verum & rationis usum perfundit. [Ad quid enim sua reuer mente, ac cogitatione si potestas eius eligendi, quod suo arbitrio, constituit, sita est in alio? Si manet autem inefficax, & nullus visus liberum animi institutum, & electio necessario etiam abolita & virtus.] His conueniat alia orat. Catechet. cap. 5. vers. fin. lib. de vita Moysis vers. med. & in Eccl. hom. 2. col. 2. & hom. 8. med. & de Beatitudinibus in quinta, ut supra recitauimus. Denique orat. 5. in Cant. longe à med. sic fatuit. [Non per dolorem, nec per necessitatem, sed sponte, sed cogitationibus propriis cupiditatem ad bonum tuam adaugeto, necessitate nulla precedente; virtus enim nullius imperium agnoscit spontanea est, omni est à coactione libera. Nemini ex Ephiphio Emislenus Episcopus Nysseno Coetaneus t. 9. Bibior. lib. de natura homin. cap. 35. post med. (sive lib. 6. Philosophiæ Nysseno attribuitur) contra fusi assertores, seu (quod idem est) nostrarum actionum puzimiores, ait. [Si enim isdem causis positus] (vt aiunt ipsi) omnino necesse est eadem fieri, nec fieri potest, vt aliquando sic, aliquando aliter eueniat, quod illa ex æternis temporis præfixis (statuque sunt: necesse est, & animalis appetitum] (appetitionem) omnimodo, & ex omni parte isdem causis positus ita fieri: quod si vero etiam appetitus necessario consequitur: vbi relinquitur, quod si si necessario appetitus sequitur, certe etiam fato veniunt, quæ appetitum sequuntur; etiam si à nobis sunt, & natura nostra, & appetitui, vt iudicio.] Ecce fatali à voluntate instructa cogitationibus proueniat; dummodo acquiescit similia habet cap. 36.

4. Eusebius Cæsariensis. 3. præparat. Euangel. cap. 7. vers. fin. Neque vero inuitus saluus erit is, qui se saluat. Non enim est inanimis sed libero animi arbitrio contentus ad salutem. lib. 6. cap. 5. Iouis decretum ethnicum

à se relatum cap. 2. post med. si foret cum creata libertate pugnaturum docet, ac rursus liberum arbitrium extrinsecus non moueri ait, & eo cap. 5. post med. In potestate libera est virtutis præmia sine vi aliqua eligere: cum esse in rebus necessariam seriem: quippe cum singula principia, & causas rerum homines mutare possint. Scilicet: quia potentia mutandi aliquid pugnat cum necessitate causali illi essendi cap. 8. sub init. Libertas hominis seruutur subiecta non est. Nam, etiam si seruatur, libertatis sua id quoque est, vt possit prouenire. Et c. 9. post med. ex potestate libera, & indifferenti peccatoris, vt conuertatur. [Neque necessario aliquid eorum futurum esse ait.] Rursus, [quod enim præscientia Dei nullam necessitatem nobis imponit, inde quoque affirmari potest: quia sapius in scriptura penitentiam mandasse inuenitur: nec cognouisse simulauit, vitum conuerterentur delinquentes, an non? vt apud Hierem. &c. Sed equaliter vtrumque contingens à dictis esse ostendit: ne præscientia sua palam facta audientes deiciat: quasi necessario aliquid eorum futurum sit; nec in delinquentibus conuerti, & non conuerti potestas inest: & hæc sit peccandi causa. Chrysof. serm. 2. de fato, seu prouident. post med. Deus dicit (Eccl. 15.) [Posui ante te vitam, & mortem: ad quod volueris extendas manum tuam. Demon dicit: non est in te quod extendas manum tuam, sed necessitate quadam, & vi id agis. Videntur ne tibi hæc fide digniora?] Hom. 6. 2. ad Timoth. 2. Statuto prius potestatem ad pia quoque nobis à Deo fieri ad ea Pauli verba. Si quis ergo se emundauerit ab istis vitiis, erit vas in honorem: ait. Vide, vt non natura, carnalisque necessitas sit aureum esse, vel fictilem, sed nostra tantummodo, (vt necessitatem, non gratiam excludat) voluntatis? Hom. 46. in Ioann. longe à med. id Ioannis 6. [Nonne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus est?] ait. [Non enim vi, & necessitate quadam Deus bonos facere consuevit: neque electio eius violenta est, sed sua sponte: vt intelligas, inquit, non cogi vocatione, multos vocatos perire continget.] Hom. 78. in Matth. col. 5. id Ezech. 2. Si forte audiam. Sic ponderat: Ambigue loqui videtur, ne prædictio inobedientiam facere videretur. Et hom. 69. col. 1. Non enim, quia ignorabat; sed ne quidam ex amentia dicerent: prædicatione Dei coactos obtemperare non potuisse: idcirco huiusmodi vritur orationis figura. Hom. 19. in c. 4. Genes. sub init. ait, Deum nos, quia liberi arbitrij fecit hortatu solum, & consilio agere: Et necessitatem vtrique non imponit: sed congruus remediis apposis totum in agrotantis sententia suam esse permittit. t. 3. hom. 4. de laudibus Pauli sub init. de vocatione efficacissima (si quæ alia) Pauli ait: Nullus vocationem istam necessitatem putet: quia potuit non obedire. Hom. 5. de Pauli conuersione col. 3. [Quia nos vult sponte effici bonos, non necessitate, atque violentia.] Inferiuscule. [Nos vero, qui semel dominatum nostri adepti sumus, non in cunctis Deo subditos esse nos patimur: quia, si traderet inuitos eriperet ipse, quod contulit: id est arbitrij potestatem.] Hom. 9. de laudibus Pauli circa fin. Vt discas quod nullum (quem Pater trahit) [cogit. Nam si ipse vult, nos autem non volumus, ad nostram salutem nihil proficiunt ea, quæ alioqui efficacia sunt. Non, quia infirma sit eius voluntas; sed, quia cogere neminem vult.] Inferius. [Hoc igitur est, quod dixi nullum vnquam vi, & necessitate à Deo adigi.] Inferius adhuc. [Inuoluntarios enim, & resistentes, neque vi, neque necessitate cogit,] ex consilio, & induit Chrysofomum, & Eusebium in vnum coactos numerum recitauit, vt appareat, quam sint in præsentia sententia, & veritate concordantes, qui alias, etsi ad tempus, adeo discordarunt. Mitto, quæ contra fati necessitatem scripsit quinque orationibus de prouidentia, seu fato, à secunda ad sextam inclusque notatas transcribam.

5. Ennodij Ticinensis de necessitatibus ad vnam partem exclusionem adeo est aperta, & inculcata sententia testimonio eius recitato ex libro 2. epist. illa 19. ad Constan-tinum, vt integrum recitandum hic videretur, nō adeo proxime recitatum esset cert. 2. num. 6. sed illa reficienda: [Quæ est ista libertas, vbi hoc solum datur velle, quod puniat? aut quare electionem nominat, vbi vnam tantum partem asserit fuisse concessam?] Et illa, Ad periculum,

culum. & gehennam non imperio aliquo, sed sponte deuoluimur. Et illa tandem. Toties noli in superna aduersione, quo respicit, si aliud nolle non liceat. Cyrill. Hierosol. ad id Ioannis 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Sic habet Gatech. 7. post med. Non enim ex necessitate, sed voluntate in Sanctorum Dei adoptionem deuenimus. Carechel. 4. tit. de Statu homin. ait, diabolus, suggestiones polle à nobis abici, neque illum nos ad malum adigere. Si enim, inquit, ex necessitate scortareris cuius gratia Deus gehennam parasset. Theodoret. id Hierem. 26. Si forte audiant, non ex euiculis ignorantie, sed ambigua ditione usus est: ne sententia diuina attendentes desperarent de salute asstantes impenitentia necessitatem imponi. Cuius etiam exclusionem à libero arbitrio significatam ait, illis verbis Ezechiel 2. Si forte audiant, &c. in Plal. 67. Pluuiam voluntariam, intelligit doctrinam pluuiam, voluntariam verò ob liberum arbitrium. Non enim ex necessitate irrigatur aliquis, sed doctrina acquiescens consequitur gratiam. Subinferius verò addit Deum iustissimum nullam pœnas ab hominibus exacturum. Si adacti necessitate aliqua deliquissent. Et in id Romanor. 8. Quos autem predestinasti. Ita scribit. [Deus omnia procul videt, ut Deus non tamen huic quidem affert necessitatem, ut virtutem exerceat; illi autem, ut vitam ex vicio instituat: quia alias iniuste prœmiaret, ac puniret: quare cum certo iustus sit adhortatur quidem ad ea quæ bona sunt, & prohibet contraria, ut prœmiat, vel puniat eos, qui alterutrum sponte amplectuntur.] Et Romanor. 7. ad illa. Si autem quod nolo. Et illa. Nunc autem iam non ego operor. Necessitate ab arbitrio depulsa concedit illi potestatem relaxandi, & contrahendi pro libito habenas passionibus easque moderandi. Et 5. de Græcanicar. affection. curat, negat, [damnandos homines à Deo, si aliqua necessitate adacti peccarent: & leges humanas supponere nullam esse, vel naturæ, vel facti necessitatem.] Theophylact. in id Ioannis 6. [Nonne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus?] ait, [ex illo etiam discimus, quod non coacte, & vi quadam meliores facere consueuerit Deus, neque eius electio cogat voluntatem nostram, cum sit mala, ut fiat bona. Et in cap. 20. Lucæ ad id Ezech. 2. Si forte audiant, ait. [Nec enim illi ignorans futurum ita dicit, sed ne quidam præscientiam Dei necessariam inobedientiæ causam esse dicant, eiusmodi verborum figura vituit,] & Marci 4. post med. parabolas de seminatore, quo nescio, & dormiente fruges erescunt diuinæ erga nos prouidentie applicat. Et subdit. Næque enim coacti. & necessario fructum asserimus, sed sponte. Hoc est à nobis ipsi. Et in cap. 15. Lucæ. Substantiam filiis à Patre diuinitatem liberi arbitrij, & gratiæ, cum externæ, tum internæ à Deo communicationem intelligit: Et subdit. Nullum enim cogit non volentem. Nam si voluisset nos cogi, non fuisset nos rationales, & liberi arbitrij. Oecumenius ad Roman. 19. in id. Numquid dicer signum? &c. hæc scribit. [At tu neque naturæ necessitate seruus, sed sermone honestatus, arbitrijque libertate, non cedis artificis voluntati, sed resistis.] Subinferius. [Respondes quasi coactus peccares, tanquam ille vinceret tuæ sententiam voluntatis: & in hac parte tuo priuaretis arbitrio. Et in 1. ad Timoth. 2. ait, non fieri voluntatem Dei; quia homines nolunt. Nihil enim ex necessitate facit in nobis Deus. Et in 2. ad Timoth. 2. ad id: Si quis emundauerit se ab his: ait. Non, quod Deus ita illos fecerit (vasa scilicet in contumeliam) aliqui quomodo possent se mali expurgare? Euthymius in cap. 15. Lucæ petitionem substantiæ filij prodigi à Patre liberi arbitrij, seu debite ex baptismo gratiæ petitionem interpretatur, atque his prodigum patri Deo loquentem inducit. [Nolo urgeat me seruendi necessitas: liberum est enim mihi arbitrium. Si volo modestus sum. Si nolo, cogi nequeo. Pater ergo candide impertit, vult enim Dominus, ut tibi voluntarie seruatur.]

6. Origenes 1. peritarch. cap. 1. med. ait. Definitum in Dei Ecclesia esse liberum omnis animæ, seu hominis arbitrium. [Vnde, & consequens est intelligere non nos necessitati esse subditos: ut omnino etiam si nolimus, vel mala, vel bona agere cogamur. Si enim nostri arbitrij sumus, intigere fortasse possunt aliquæ virtutes ad pe-

catum, & alia iuuare ad salutem, non tamen necessitate cogimur, vel agere recte, vel male,] id quod argumentis hæreticorum vindicat lib. 3. cap. 1. & lib. 2. contra Celsum circa med. Ostendens diuinam prædeterminationem, præscientiam, ac prædictionem futurorum contingentium non impediri, quominus nostræ libertatē absolute possibilibus: vii ex ipso retulimus agentes de concordia præscientiæ cum actus contingentis prædicti libertate Sancti. Anton. Magnus epist. 2. ad Arsenioras col. vltim. ait. Deum nos beneficiis ad virtutem falcire: quoniam in nostra sumus potestate creati. Censens nimirum eos, qui potestatis fore, & liberi arbitrij sunt, solis motiuis, & intentionaliter, non autem physice posse moueri: ne dum prædeterminatione, ac quid demum beneficia præstabit, ut id agamus, quod non agere è Dei prædeterminatione, & prædeterminatione Dominicanorum recentium minime possumus. Olympiodorus ex Peripatetico Monachus in 1. Eccles. illud. [Ecce omnia vanitas, & afflictio suæ] (vt ipse legit) [electio, spiritus, ait, præter hoc, quod elabuntur, ac euascent etiam disponunt se homines ad supplicia post præsentem vitam futura. quandoquidem nulla coacti necessitate hoc faciunt, sed praua electione, certoque iudicio. Spiritum verò hoc loco animam intelligit, quæ liberi arbitrij potestate & decorata.] Consonat tibi in cap. 6. & 10. Eccles. sub init. contra Macharius Senior hom. 15. circa med. 1. 2. Biliborth. [Capax est natura cum boni, tum mali: nulli tamen necessitati subiacta.] Circa fin. ait homines in quouis via statui, etiam, [cum diuinitate sunt inebriati, licet plene sint, & adhæreant Spiritui Sancto, non tamen vlla necessitate detinentur: sed libera potestunt libere, vt conuertantur, & faciant quod libuerit.] Hom. 27. med. [Boni, malique capax est natura nostra: ac potestas aduersaria exhortandi vim habet, non cogendi.] Marcus eremita lib. de baptismo longè med. ait. [Adamum, neque ad vitium particulariter conuertibilem, neque necessitate naturæ, sed benepactio voluntatis transgressum esse mandatum Zacharias Middel. Episc. lib. de mundi creat. sub fine ait. [Vult non necessitatibus subici naturam nostram more brutorum: ut, quocumque impulsu fuerit, trahatur. Deinde, vt honestum nostrum esset, non est naturæ nexu: vt virtutis opera, & præclara volentes gesserimus laude, & præmio dignissimus: coactum enim bonum ipsi gratum non est; sed, quod consilio, & delectu geritur.] Damascenus lib. 2. de fide cap. 2. potestatem voluntatis, & arbitrij indifferentem ad vtrumvis, quam ad eius, & operum libertatem requirit, necessitatem, vt ea fiant, potest excludere, & supponit, & probat, ac sapient. capit. 25. Author historia Basilaam Damasceno tribuit cap. 15. post med. Ita libertatem definit. Est anima ratione ventis voluntas sine impedimento ad id, quod vult. Hos autem Patres Græcos voluntati, & gratiæ diuinæ necessitatem ad recte, honesteque viuendum, neque ad id potestatem abique Dei gratia creato arbitrio deferre, videtatem supra, & ex pluribus eorum recitatis testimoniis certam in præsentem constat: quare, dum omnem necessitatem ab arbitrio, eiusque operatione liberis relegant, Dei voluntatem, prouidentiam, seu præuidentiam, siue gratiam necessarias ad liberas operationes, & potestatem creatam aiunt, necessitates verò esse omnino negant.

7. Sed quoniam latinorum Patrum circa arbitrij creati liberi potestatem, & operum eius libertatem apud perfidos hæreticos centurarios, & Caluinium, Lutherum, suos, melius audit fides, eorum erant pro necessitatibus huius exclusionem producenda testimonia. Et in primis Prudentius in Hamartigenia non potestatem solum, sed philosophice satis, ac Theologicè contra Martionem cecinit.

Non est sponte bonus, cui non est prompta potestas  
Velle aliud, &c. Atque iterum ita Deum cum  
Adamo libero constituto loquentem inducit.  
Non ego, nec exigo per vim  
Sed auono inuictum fugiat, rectumque sequar.  
Lut.

# Disp. I. Quæst. II. Certam. III. 421

*Lux comes est iusti: comes est mors horrida iniqui.*  
*Elige rem vita: tua virtus temet in auium*  
*Prohebat aternum: tua damnet culpa vicissim:*  
*Præter, & alterutram permissa licentia sortem*  
 Rursus pendenda illa *prompta potestas*, id est, soluta  
 omnino, & expedita: quare & proliis libera à necessi-  
 tate volendi vnum, ac non volendi aliud, Rursus his in  
 Marcionem inuehitur.

*Nescis scire tua vim libertatis ab ipso*  
*Formatore datam. Nescisque ab origine quanta*  
*sit concessa tibi famulo super orbe potestas:*  
*Et super ingenio proprio, laxæque soluto*  
*Iure potestatis: licent, cui velle, sequique*

*Quod placitum; nullique animum subicere vincolo.*  
 Minutus sedit in suo Octauio pro solis pæmio, & pæna  
 factum, quod merita necessario supponat, admittit. [Quid,  
 inquit, est factum, quam quod de vnoquoque nostrum  
 Deus factus est, Qui, cum possit præfrire materiam pro  
 meritis singulorum fata determinat.] Hilarius in Psal.  
 118. lineæ ad id. [Eia manus tua, vt saluet me: quoniam  
 mandata tua elegi.] Sic habet, [Elegit autem non natu-  
 rali necessitate, sed voluntate pietatis. Quia cuique ad  
 id, quod vult, via est propostita viuendi, atque appeten-  
 di, atque agendi permissa libertas: & ob id vnius cuius-  
 que, aut pæna, aut premio afficitur electio.] Et ad id.  
*Inclina cor meum.* Necessitatem iterum ab arbitrio no-  
 stro excludit. Et in Psal. 2. ad id. [Tunc loquetur ad  
 eos in ira sua.] In hæc scribit. [Vnicuique nostrum li-  
 bertatem vitæ, sententiamque permittit; non necessitatem in  
 alterutrum affigens. Inferiusculæ. [Quid autem hono-  
 risæ præmij bonitatis necessitas mereretur; cum malos  
 nos esse vis quædam nobis conferta non fineret: Volun-  
 tati ergo permissa bonitas est, vt esset nobis æternæ huius  
 beatitudinis profectus, atque vltus ex merito, non neces-  
 sitas indideret per legem.] Similia scribit in Math. 7. ad  
 id. [Nomen in nomine tuo prophetabimus.] & 9. de Tri-  
 niti, post med. ad id: [Veni non, vt faciam voluntatem  
 meam,] Et de Trinit. post inr. ad id Iohannis 1. [Dedit eis  
 potestatem filios Dei fieri. Sic fatum. Hinc mens nescit  
 esse filios Dei, non necessitatem esse, sed potestatem.

8. Ambrosius 2. de fide ad med. vt filij, & spiritus sancti  
 assertam libertatem Iohannis cap. 3. [Spiritus vbi vult  
 spirat.] Et 2. Corinth. 12. [Diuidens singulis, pro-  
 vult. Statuam eam subiungit rationem. Pro libertate volun-  
 tatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio,] lib. 6.  
 in Luc. cap. antepenult. de turbatur refectioe Lucæ  
 19. agens ait. [Non potest dicere, quia noluit re-  
 bonum facere, ante quem posuit bonum, & malum:  
 vt non ex necessitate bonum tuum esset, sed volun-  
 tati. Multum enim differt inter eum, qui ex neces-  
 sitate inuitus aliquid agit; & inter eum, qui ex volun-  
 tate, quod bonum est, elegit. Si enim inuitus hoc  
 ago, dispensatio mihi credita est; si volens mercede  
 habeo,] 1. Corinth. 9. Hieronymus in id Iob 34.  
 [Neque enim vitra in hominis potestate est, vt veniat  
 ad Deum in iudicium,] dictum ait, quia necessario  
 veniet, ac non venienti non habebit potestatem, sed  
 potius impossibilitatem (vt supra ex ipso retulimus)  
 tam autem vnius extremi necessitas, quam alterius  
 impotentia, & impossibilitas potestati libertæ arbitrij  
 in Hieronymi, & aliorum Patrum, qui eodem modo  
 eam locum supra explicare, contradiçit. Secundo idem  
 Hieronymus in id Hierem. 26. [Noli subtrahere ver-  
 bum, si forte audiant. Dictum etiam, ait, non quia eveni-  
 tus Deo ambiguis, sed ne ex præscientia eius quasi ex  
 necessitate facere aliquid, vel non facere cogatur. Quod  
 forte quiescant eo loci faceret, & similibus scripturæ, vt  
 vidimus superius. Item dialog. seu lib. 3. contra Pelagia-  
 nus sub med. *Vbi misericordia, & gratia est, liberum ex*  
*parte cessat arbitrium:* quia, scilicet, in ea apponenda  
 apponitur. Non autem cessat omnino, quia bonus eius  
 vias sine vlla necessitate à nobis est, Epist. 147. ad Damasc.  
 col. 3. de filio prodigo ait. [Dedit eis liberum arbitrium:  
 dolis mentis propinque libertatem: & vt videret vniuersi-  
 que, non ex imperio Dei, sed obsequio suo. Id est, non  
 ex necessitate, sed ex voluntate: vt virtus haberet locum:  
 vt à ceteris animantibus distaretur: dum ad exemplum  
 Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

Dei permissum est facere, quod velimus,] lib. 2. aduer-  
 sum Iovinianum col. circiter 4. [Liberi arbitrij nos con-  
 didit Deus: nec ad virtutes, neque ad vitia necessitate  
 trahimur. Alioqui vbi necessitas nulla corona est.] Arno-  
 bius 2. aduers. gent. verif. fin. *Nulli Deus infert necessi-  
 tatem.* Rationem vero reddit: quia liberalitate diuina esset  
 indignum, Eodemque libro: [Sceleratum, & immane  
 pœnitet credere ipsos actus, quibus vita transigitur, & ce-  
 lebratur humana, ordinasse, iussisse, & à sua fonte con-  
 stitutione præcepisse Deum.] Lactantius Firmianus Ar-  
 nobij discipulus 2. diuin. inst. c. 5. ante med. probat astra  
 non esse Deos, quia nec liberi sunt: cum non pro libito  
 sed ex stata lege, & necessitate moueantur. [Si Dij essent,  
 inquit, huc, atque illuc passim sine vlla necessitate fer-  
 rentur: sicut, & animantes (rationales) in terra: quorum,  
 quia liberæ sunt voluntates huc, atque illuc vagantur, vt  
 libuit: & quocumque mens duxerit eo fertur. Non est  
 igitur aliorum motus voluntarius.

9. Sed veniamus ad Augustinum in re ad prædestina-  
 tionem, & ad gratiam, & liberum nostrum arbitrium  
 spectante (apud Hæreticos, etiam & Dominicanos re-  
 centiores nobis pietatis exceptione omni testem maio-  
 rem lib. de spiritu, & lit. c. 3. med. ait. [Hoc, quemque in  
 potestate habere, quod, si vult, facit; si non vult non fa-  
 cit.] Fine concludit. [Cum potestas datur, non necessitas  
 imponitur. Vt, cum Dauid Saulis occidendi potestatem  
 accepisset, maluit parcere, quam ferire,] lib. 5. de ciuit.  
 c. 10. [Neque ideo peccat, quia Deus illum peccatum  
 præciuit: imò ideo non dubitatur ipsum peccare, cum  
 peccat, quia ille, cuius præscientia falli non potest, non  
 fatum, non fortunam, non aliquid aliud (ecce nomine fa-  
 ti, fortunæ, & vniuersum cuiusvis alterius antecedentis ne-  
 cessitatis præfinitiones excludas) sed illum peccatum esse  
 præciuit. Et in Psal. 9. inde confutatur eos, qui Deum pec-  
 cati causam admittunt: quia non potest punire quod se-  
 cit, lib. 3. de libero arbit. c. 15. & præteritum c. 18. Sapius  
 illam suam sententiam scribit: [quæcumque illa causa  
 est voluntatis: si non ei potest resisti, sine peccato ei ce-  
 datur; si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur.  
 Quis enim peccat in eo, quod nullo modo caueri potest,  
 cap. autem 5. med. dixerat: [Non clament, non succen-  
 scant: quia, neque ipsos ideo coëgit peccare, quia fecit,  
 quibus potestatem vtrum vellent dedit.] Totis autem ca-  
 pitibus 2. 3. & 4. eius libri fusc probat Dei præscientia,  
 prouidentia, & operatione nullam nostris operibus neces-  
 sitatem imponi: ac subsuade liberos nos, & potestatis in-  
 differentis esse, & 1. de ciuit. c. 10. inr. Omnem, etiam ex-  
 trinsecam, à libertate nostra independentem operandi ne-  
 cessitatem à libero nostro arbitrio, & voluntate, cuiusque  
 operationibus liberis prorsus, proculque his verbis ab-  
 legat. [Si necessitas illa dicenda est, quæ non est in nostra  
 potestate; sed, etiam, si nolimus, efficit quod potest (sicut  
 est necessitas mortis) manifestum est voluntates nostras,  
 quibus recte, vel perperam viuimus, sub tali necessitate  
 non esse,] lib. 2. Actor, cum Felice Manichæo c. 4. inr. ex  
 illo Marth. 12. [Aut facite arborem bonam, & fructus  
 bonos, aut facite arborem malam, & fructus malos. Ita in-  
 fert: [Cum ergo dicit: aut hoc facite, aut illud facite,  
 potestatem indicat, non naturam,] quæ vtrique ad vnum  
 determinata, & alligata est: non indifferens, sicut libera  
 potestas. Ex eo vero capite ad 12. inclusiue pro indiffe-  
 renti potestate voluntatis, atque exelusione necessitatis  
 operandi ab illa fusc decertat, lib. cont. Secundum, Ma-  
 nichæum, etiam, c. 19. [Si autem cogitur consentire, ita,  
 vt non sit in eius potestate aliter facere: non ergo, vt dice-  
 bas voluntate peccat, quando non voluntate consentit,] &  
 lib. de vera religione, c. 5. [Nec hoc dubitandum: video:  
 habere animas liberum arbitriales enim seruos melio-  
 res esse Deus iudicauit, si ei seruient liberaliter, quod  
 nullo modo posset fieri, non voluntate, sed necessitate serui-  
 rent,] & c. 14. late probat necessitatem præfatam operandi  
 pugnare cum voluntatis, & operi nostrorum libertate, &  
 q. 2. ex lib. Octoginta triu ait. *Melior homo est, qui volun-  
 tate quam qui necessitate bonus est: voluntas igitur libera  
 danda homini fuit.* Quæ fere repetit q. 4. & lib. de bono  
 perleu. c. 13. lib. de perfect. iust. ratio cin. 1. fer. 47. de temp.  
 & lib. de natura, & grat. c. 65. [Quod à memorato dictum  
 est presbytero (Hieronymo) liberi arbitrij nos condidit  
 Deus: neque ad virtutem, neque ad vitia necessitate trahimur,  
 Ggg Alioqui,

vinculo vindicemus.]

10. Eidem instituto doctrinæ eius discipuli, & poste-  
riores Patres, Prosper, 2. de vocat. c. 28. possint. ait, si  
Dei voluntas, & adiutorium prærequirit ad fidem, &  
bona opera, & iustitiam consequendam, & in ea perfe-  
cendum voluntatis nostræ mutabilitatem, atque ad alie-  
rum potestatem, quæ illorum opposita absolute ere-  
qui potest necessitate ad alterum abolerent. *Nemo unquam  
fidelium recessit à fide: neminem conscientia vince-  
ret.* Quod falsum esse ait: & contra experientiam frequen-  
tissimam esse videmus. Consequenter vero Prosper  
evidens est, atque alteri fidei voluntati principio innitens:  
nemini necessarium Dei voluntatem, & gratiæ adiutorium  
ad perseverandum in fide & iustitia, ac tentationes vin-  
cendas desisse. Addit præterea consequens etiam esse  
contra illam domini sententiam: *Vigilate, & orate, ut  
non incritis in tentationem.* Et ad capæ gallorum ad 6.  
cap. fine ait. [Predeterminationem Dei, siue ad bonum, siue  
ad malum, in hominibus operari ineptissimè dicitur: ut  
ad utrumque homines quædam necessitas videatur impel-  
lere. Cum in bonis voluntas sit intelligenda de gratia, in  
malis autem voluntas sine gratia.] Fulgentius de fide ad  
Petr. c. 25. ait. [Primos homines certissimè, ac indubi-  
tanter rectos, & liberi arbitrij conditos, non necessitate,  
sed propria voluntate peccasse.] Bernard. de grad. & lib.  
arbitr. col. 2. ait. [Est vero ratio data voluntati, ut in-  
struat illam, non ut destruat. Destruere autem si neces-  
sitatem illam imponeret, quominus pro arbitrio sele-  
vuere, siue in malum conscientis appetitui, siue in bo-  
num gratiam sequens. Ergo sine illo vinculo necessitatis  
voluntas pe potest volere, ut sequatur gratiam, atque ut  
gratias dissensiens consentiat appetitui.] Ex multis vero  
aliis, quibus deinceps necessitatem à potentia, & actibus  
liberis reiiciendum docet. Pauca hæc notæ. Subinferis  
vbi quippè necessitas, non iam voluntas. Et inde subdit.  
*Quod si ex necessitate, & abque consensu propria volun-  
tatis mala, bonæ fieri possent, rationalis creatura, aut beata peni-  
tens, propter esse nullæ ratione deberet, aut beata peni-  
tens esse non posset, col. 3. sub init. ait. Libertatem à neces-  
sitate magis congruere voluntati, quam alias libertates  
ab ipso spiritui subiectis. Inferiusculè.] Cum triplex sit  
nobis propria libertas: à peccato, à miseria, à neces-  
sitate: hæc vltimo loco positam contulit nobis in condi-  
tione natura: in primam restauramus à gratia medius  
restituit in patria. Beda q. 13. ex variis vers. med.  
Arbitrium certe liberum fuit (Adamo) quando iuxta libertatis  
extitit: ita, ut nulla vi cogente, neque Dei, neque  
diaboli, quod vellet bonum, fuisse malum faceret. Post med.  
latè refutat necessitatem, quæ à diuina providentia,  
tanquam à causa, in futuris nostras libera operationes  
proueniat. Et in cap. 6. Ioan. ad id. Omnis,  
qui audit à Patre, & didicit venis ad me. Sic ha-  
bet: quomodo trahit Pater? docendo delectat; non*

**11.** Tam frequens vbique est Anfelmus in excludenda à libera potentia voluntatis creatæ; cuiusque operibus necessitate; quantum esse illum supra diximus in potestate arbitrii ad verumque extremum constituenda; sed præsertim id præstiterit, & late, & subtiliter, toto libro de concordia, ex quo tam multa dabimus certi sequenti, vi nihil ferè ibi, nisi ex eius doctrina, & verbis doceamus. Et ea quidem præsentem etiam veritatem continent, & confirmant. Nunc autem nonnulla solum ex eius libris producemus. Libro igitur de concordia præscientiæ, & prædestinatæ. Cum nollet arbitrii, & contingentium opum libertatem, c. i. col. pen. [Sola voluntas determinatibi sit, quid teneat. Nec aliquid facit vis necessitatis, ubi operatur (scilicet determinatiue)] *sola electio voluntatis*. Et in elucidando, vel ipsè, vel qui eius Author coartatus, & grauis *Quæ Deus fieri tantum permittit* (vi bene vel male operari nos) *Non efficitur euenire*. Et de casu diaboli c. 2. & 3. docet necessitatem vnius partis, vi extremi eorum; ad quæ est arbitrii libertas, & potestas, pugnare, & opponi expedito, & abolituro vniui libertatis. Atque eo c. 3. & 4. idem docet de alterius partis, vi extremi impossibilitatis, & c. 14. hanc præponit questione. [Si daretur enim Angelo velle solum, quod ei velle conueniet, an posset aliud velle? aut, si non posset non velle per se, quod accepisset velle?] Respondet vero discipulus ex similibus alterius questionis solutione data: tunc [nec posse aliud velle, nec posse per se non velle, quod accepisset velle. Sicut non potest non velle beatitudinem in comuni.] Quam necessitati appeti dixerat c. 13. Ricardus rictor, de statu interioris hominis p. 1. tract. 1. c. 8. hominem ad rem imaginem conditum ait. [Quia Deus superiorem non habet, nec habere potest, nec pati potest. Quia violentiam iniungere non patitur, nec pati potest. Quia violentiam inferre citi, nec creatorum decet, nec creatura potest.] & c. 13. ait: [Libertatis est, quod consensus eius extorque non potest. Est tam inspiratio Dei, quam demonis suggestioni consentire, vel non consentire potest, verumque autem ex libertate, neutrum ex necessitate. Abulen. q. 72. in Math. ad id Math. 11. Si in Tyro, & Sydone, &c. in Sodomit, &c.] Forè manifestent vires in præsentem diem] ait dictum ad ostendendam libertatem nostræ ad verumque potestatem: *nec non poterit Dei cogitatio rebz imponere necessitatem*. Pro qua expositione citat Remigium & S. Thom. possuntque præterea citari, quos dedimus controu. 2. Plures alios Patres dabimus pro exclusionē necessitatis operandi ab arbitrio, & voluntate libera l. sequenti, ubi præfinitiones Dominicanorum recentiorum ad materiale peccati confutemus. Dedimus autem plura eadem controu. pro concordia infallibilitatis præscientiæ absolutæ Dei de contingentiis futuris cum absoluta eorum contingentia, & libertate. Vidimus enim absolute illos ex comuni, & statò ipsis proloquio, & hæc apud eos communitatem, & libertatem. Vidimus enim principio componi. [Quod contingencia, non ideo futura sint, quia à Deo prædicta; imò vero ideo fut ab eo prædicta, quia futura (sensu à nobis, & heohastici alijs potestremo hæc causali explicata) ne necessitas ex antecedenti naturæ connexionē præscientiæ cum contingentiis futuris, eorum contingentia, & libertas pellamuret. Denique hac illi omnes Patres aduocandi sunt, qui conuenienter ineluctabilem ab arbitrio nostro, cuiusque visu facti, & fortunæ ethnicæ necessitatem pro nostra libertate, & fortunæ ethnicæ aliquos recitauimus. Sunt autem, pugnantur: quorum aliquos impugnant Patres reatius qui fatalem necessitatem impugnant Iulius Sirachæstenus loeis, Ex doctoribus iunioribus Iulius Sirenius lib. 3. de fato, Molina in concord. quart. 14. art. tic. 3. d. 1. Penno, prapagnaculo hum. lib. 1. cap. 3. & 4. lib. 2. à cap. 1. Ruiz d. 48. Theophil. cap. 3. d. 1. Raynaud. disput. 8. Theolog. nat. quest. 3. artic. 4. Raynaud. disput. 8. Theolog. nat. quest. 3. nam. 214. num. 196. & d. discipl. moral. quart. 3. nam. 214. num. 196. & Paul. Leonard. in suis responsionibus ad expostulat. cont. scientiam med. p. 1. sect. 1. à n. 2.

**12.** Eo denique vique Patres necessitatem absolutam cum arbitrii, cuiusque opum libertatem, & merito punire censent, vi necessitatem secundum quid, vi metu, gnare censent, vi necessitatem secundum quid, & similia, siue ferulem, siue reuerentialē, dolorem, & similia, que ramen operibus dent causam, à potestate libera, cuiusque operibus sectu dant: & certe, licet non absolute liberatam

12. Eo denique vique Patres necessitatem  
cum arbitrij, cuiusque operum libertate, & merito pu-  
gnare censent, ut necessitatem secundum quid, ut metu,  
siue ferulem, siue reuerentialem, dolorem, & similia,  
quæ tamen operibus dent causam, à potentia libera, cuius-  
que operibus secta dant : & certè, licet non absolute li-  
bertatem

bertatem tollant, multum tamen illius imminuent: ac subinde ex absolute tali necessitate eam absolute aboleri necesse est. Epiphanius recitatus ex hæresi 48. circa fin. aiebat Deus nos vocat non immitans necessitatem, non tormentum aliquod adhibens, lib. 1. hæresi 16. post med. Extrema eorumdem sententia est, quod cum iudicium ipsum decernant, fatum esse dicunt. Quomodo enim potest esse iudicium, & fatum? Propterea quod, qui facit, non à se ipso facit, sed secundum necessitatem Domini ipsius facit. Clemens Alexand. 1. Pedagogi cap. 6. longe ab init. Infantes dicit Apostolus eos, qui sunt in lege: qui, non secus, ac clarus pueri, timore perturbantur. Viros autem, qui verbo paremus, nostrique sumus iuris, & arbitri vocamus, si credimus spontanea electione saluari, & c. 9. Necessitatem à metu provenientem multum ab spontaneo, perfecto, scilicet, seu libero à differens. Zacharias Mithelensis Episc. lib. de mundi creat. sub finem recitatum supra sententiam suam de absolute necessitatis à potentia, & actibus liberis argumento hoc à minori ad maius probat. Tunc servum tuum verberem, & vincum tamen laudes, si quando aliquid eorum, quæ iussa sunt præstiterit? an, cum nulla necessitate iniecta flagro, nihil prætermittit eorum, quæ ratione servili conditionis debet efficere: neque aduersum ea, quæ ipsi imperantur, aggrederetur: sed promptè cum animi voluptate famularetur? In quibus consonat Augustinus supra à nobis recitato ex cap. 5. de vera relig. & ex quæst. 2. libri octoginta trium. Operatus Militemus lib. 7. aduers. Parmenian. sub init. exclusionem absolute necessitatis à libero arbitrio, eiusque actibus à se assertam simili argumento à minori ad maius probat his verbis: Homicida scelus, dum nemo cogit, potest facere: potest, & non facere. Adulterium maxime dum de foris nemo compellit, potest admittere: potest, & non admittere: quæ cetera huiusmodi, in quibus liberum habetur arbitrium. Chrysostomus hom. 46. in Ioan. id Ioan. 6. Numquid & vos vultis abire? sic exponit: ut vni omnem, & necessitatem auferret: & ne pudere quidam nutarent. Theophilactus ad eum locum demonstrabat nolle eos reuerentiam erga se comitari. Euthym. Quod nullum vult inuitum retinere. S. Thom. ibi lect. 8. post med. Ausert etiam reverentiam, & necessitatem (secundum quid ex reuerentia metui, & pudore) remanendi. Quo etiam pacto cum interpretatur locum Cyprianus lib. 1. epist. 3. Gregor. Nyssen. orat. 5. in eant. longe à med. Non per dolorem, nec per necessitatem, sed sponte & c. Cupiditatem boni habendam, ait Angustinus in Plal. 124. ad id: Omnia quæcumque voluit dominus fecit. Ea, quæ indigentia, & inopia cogente facimus, vel, quia alias inopes essemus (quæ solum secundum quid necessitas est) ex necessitate fieri asserit absolute, quia ex perfecta christiana, & honesta libertate non fit, quod non fit à sola boni complacencia, & amore, subditque: invenimus aliquid, quod libera voluntate faciamus: cum ipsum Deum amando laudamus. Non enim ex necessitate, sed quia placeat. Macarius senior t. 2. Biblioth. hom. 15. circa med. ait. Si Deus (ut potest) Christianorum corpora omnia incorruptibilia fecisset, ut tanti miraculi, & utilitatis necessitate (quæ solum tamen secundum quid esset) ac non libera voluntate homines conuertendos: quare, ut prorsus appareret, & rata sit arbitrii libertas corruptibilia eorum corpora reliquisset Deum. Vi in voluntate sit hominis, ut conuertatur ad id, quod bonum est, aut malum. Denique Cyril. Alex. 3. cont. Julian. sub fin. ait, virtutem, aut efficaciam à Deo hominibus inditam ad bonum, à quo ægeritiam possent discedere, fructum mentis indigum laude facturam. Ex quid de inuincibili necessitate diceret?

13. Certe scriptura sacra apertis etiam pro necessitate potentia libera ex clusione testimonio clamat, ut loquimur potestatem, & perperis, cum pro indifferenti eius ad proximos tribus certaminibus. Duo nunc tantum addam. Alterum ex 1. Corinth. 7. vbi de Patrefamilias super filia virgine collocanda in matrimonium, vel secus Paulus ait. Non habens necessitatem, potestatem autem habens. Quibus potestati indifferenti necessitatem partis alterius opposuit vii potestati indifferenti regione pugnantem. Nec refert non loqui ibi de potestate, & necessitate Chrysostom. de Ortega, de Deo Vno, Tom. 1.

physicis, sed moralis, & iuris. Ex eo enim, quod in vno genere necessitas cum indifferenti ad vtrumvis potestatem pugnet, in alio etiam pugnare euidenter inferitur. Imo, cum physica potestas, cum necessitas, ad moralem, & iuris supponatur, atque hæc illius imitativa sit: ni physica potestas, & necessitas pugnarent, quæ morales, & iuris sunt, amice conuenirent. Secundus locus est illud Christi Domini ad Petrum Ioan. vii. [Cum esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi volebas. Cum autem senectus extenderes manus tuas, & alius cingere te, & duceret quo tu non vis.] Quo loco illud quo tu non vis de voluntate portionis superioris Petri locutum Dominum aiunt Cyril. Alex. 12. in Ioan. cap. 65. August. tract. 51. in Ioan. Chrysost. Theophilactus, & S. Thom. ad eum locum. Sed enim difficultas est, quia si illud quo tu non vis referatur ad passionis Petro à Tyrannis oblatæ tempus de voluntate efficaci superioris portionis (quæ absoluta eius voluntas est, & quæ absolute Petrus dicitur velle; non autem à velleitate è naturali mortis timore oriunda) intelligi nequit: cum mortem non recusauerit, noluerit tunc efficaciter; imo minus extensus dicitur vitroncus. Sed neque prophetie tempore de voluntate efficaci portionis superioris Petri intelligi potest illud quo tu non vis absque temeritate, & in ipsum blasphemiam. Iam enim ex multis diebus rediuit Dominus Petro loquebatur, cuius ob anteaquam Magistri negationem lachrymæ studium moriendi pro Magistro, ex ipso pene negationis instanti, continuo testabatur. Ex quo studio postmodum cum Apostolis aliis iuit gaudens à conspectu conestly: quoniam dignus habitus est pro nomine Iesu contumeliam pati, & manus vitro ad crucem dicitur ex hoc loco extensus. Solutio autem difficultatis ex veritate, quam hic statuimus desumi necessario debet. Quod scilicet vincula, crux, & mors vellet nolle à tyranno inferenda erant: quare in voluntatis sue potestate non erant; nec magis ad eas præstabat velle Petri, quam nolle: ac subinde inter libertatis sue effectus non computantur sicut computantur operationes ipsius iunioris: cum cingebat se, & ambulabat ubi volebat. Id est ad eas à nemine cogebatur, sed à libera sue voluntatis soluta omnino, & absoluta ad oppositum etiam potestate soluta omnino, & S. Thom. & reliquorum interpretationem: & hic dicitur extensus manus: quia nullo cogente extensus erat, cum eas posset non extendere, sed extendendas tortoribus relinquere. Hoc igitur loco ostenditur actiones, ad quas irresistibiliter, & necessitate agimur, quin ad oppositum nobis suppetat absoluta, atque impediens soluta potestas, nec nostræ potestatis, nec liberæ, imo nec humano modo nostras esse.

#### CERTAMEN IV.

*Necessitas natura præcedens arbitrii operationes, ab eisque in sui positione independens ab eius potentia, & operationum libertate à recitatis Patribus reicitur.*

1. Tertium hoc adeo cum duobus præcedentibus principiis connexum vero ipsi implicatum, & innexum est, ut satis sit in ipsis simul ex Patribus statutum. Etenim potentia, seu potestati indifferenti in actu primo ad vtrumvis, (in quo stat per Patres potentia libertas, à qua libera eius operatio dicitur, & libera exercite procedit) necessitas contradicit per Patres, ut vidimus: at sola necessitas & determinatio inuitabilis ad vtrumvis extremum ex parte, actus primi contradicit potestati in actu primo indifferenti ad vtrumvis: ergo necessitas, quæ contradicit, & destruit potentia, seu arbitrii potestatem ad vtrumvis, & libertatem in actu primo est necessitas, seu determinatio ex parte actus primi ad vnum extremum: ac subinde necessitas

Ggg 2 sola